



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulvm X. Innovamus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

non intervenerit, & alia solemnitates ad alienationem jurium Ecclesie requisita; neque enim simplices Clerici Ecclesias suas, quibus praesunt, propria auctoritate constituere possunt censuales, aut servitutem in eis constituere.

SUMMARIUM.

*Prohibentur census imponendi Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, ultra vitam constituentis, duraturi.*

**N**otandum. Prohiberi potissimum in hoc cap. census ultra vitam constituentis duraturos, quia manifestè cedunt in praedictum Ecclesie, & Successorum. Et quamvis putent aliqui, à contrario sensu ex hoc cap. bene inferri, quòd cum consensu Episcopi, ex causa legitima, & alijs intervenientibus solemnitatibus, ad alienationem jurium Ecclesiasticorum requisitis, possint tales census, etiam post mortem constituentis duraturi, constitui; rectius tamen alij asserunt, quòd sine consensu summi Pontificis hoc fieri non possit; praesertim ubi est recepta *Exiravag. ambitiosa de rebus Ecclesie non alien.* quòd prohibentur locationes, & obligationes, bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium; juxta quam nec personalis, & temporalis obligatio ultra triennium Ecclesie imponi poterit.

CAPITULUM IX.

Ecclesijs.

PARAPHRASIS.

Ut Ecclesijs, quas de novo Episcopi de manibus Laicorum eripiunt, nulli novi census imponantur, sed contenti sint juribus Episcopalibus Episcopi, prout in cap. *conquerente 16. de off. ord.* habetur, prohibet, & praecipit Pontifex.

SUMMARIUM.

*Non potest Episcopus novum censum im-*

*ponere Ecclesijs, quas de manibus Laicorum liberat.*

**N**otandum. Procedere textum hunc, quocumque modo Episcopus Ecclesiam aliquam de manibus Laicorum liberet; si ve injustè eam vi detinuerint; si ve censum, qui Laicis solvebatur, sustulerit; si ve à jure Patronatus Ecclesiam liberaverit: cum enim Episcopus ex officio suo, ut advertit Abbas, ad taliter liberandam Ecclesiam teneatur, nullum illi propterea ex rigore juris praemium debetur, & nulla recompensatio, sed contentus esse debet, ob rem bene gestam, juribus Episcopalibus ordinarijs, in relato cap. *conquerente* enumeratis, cum in tali casu praesè egerit, ad quod ex officio tenebatur.

CAPITVLVM X.

Innovamus.

PARAPHRASIS.

Statuitur in hoc cap. quoniam seculares Principes, vel Magistratus, novas collectas, contributiones, & vectigalia, si justam habeant causam, imponere possunt (de quibus contule Juris publici Doctores) ita tamen, ut in illos, qui sine justa causa, & legitima auctoritate talia imponunt, pena Canonica Excommunicationis decernatur.

CAPITULUM XI.

Cum Clerici.

PARAPHRASIS.

Colludebant quidam Clerici per occultam & dolosam pactionem (ut advertit *Glossa hic V. collusionem*) cum Religiosis quibusdam, citra auctoritatem Episcopi, ut post mortem illorum, filij eorum, & nepotes ad Ecclesias vacuas praesentarentur, & in vicem talis praesentationis, cetera eis pensiones ex Ecclesiarum proventibus in perpetuum solverentur:

Rrr 3 hanc